

Augustin Balthasar von

**Progama, Qvo Augustinus De Balthasar, J. U. D. Et. Prof. Ord. Fac. Jurid. Sen.  
... Occasione Nuper D. 12 May A. 1747. Ventilatae Dissertationis ... Domini  
Johannis Friderici Schomeri ... De Libris, s. Matriculis Ecclesiasticis : Simulque  
De Saliis Et Accidentiis Clericorum, Pro More Hactenus Recepto, Vitæ  
Curriculum Novelli Doctoris Cum Eruditis Communicat : Simulque In  
Recensendis Vitis Jctorum Gryphiswaldensium Pergit**

[Greifswald]: Imprimebat H.I. Strvck, [1747?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877331618>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (137.)

1. Handwritten des jüdischen Familienbuches, der unter dem Namen Colletorum historia et juris patrii vellem Reifendae Gabriel Spelt. griff.
2. Handwritten des Familienbuches Gabriel Spelt, unter dem Namen Colletorum historia et juris patrii. Griffendae
3. Fidei, gestaltet bey dem Abschiede des Grafen von Puthus, nun Balthasar.
4. Die Mittel u. Urspuren des Bausfelds eines Archidamus so min vergraben die die Saafun der Salben hinterhand. nun Balthasar.
5. Handwritten die in dem Thigandine und andern nichten Handwritten, welche zu Griffendae der Archidamus griffet.
6. Balthasar, de legato.
7. Balthasar, de eo, quod justum est circa mystias
8. Balthasar, program ad Haselberg disputat: de contractibus et act. honesti fidei et Ho. juris.
9. Balthasar progr. ad Starmann disput. de prerogativa juris germanici praesure romano, in materia pactorum dotalium.
10. Balthasar progr. ad Fischer diss. de pecunia asseruatiouis in contracte locatiouis cond. solute, eiusque in Concursa Crediti iure.
11. Balthasar progr. ad Dyen diss. de usufructu paterno in Judio familiorum Familias.
12. Balthasar progr. ad Rudol. diss. de indole genuina simultaneae I. Germ. investiturae cum longobardica collatae.
13. Balthasar progr. ad Hess diss. de iure principis circa baptismum.
14. Balthasar progr. ad Balthasar diss. de iure peregrinorum singulari in processum.
15. Balthasar progr. ad ab Joen diss. de vi matrimonii consummati.
16. Balthasar progr. ad Schomer diss. de libris s. matriculis ecclesiasticis et c.

17. Balthasar, progr. ad diss. Heybergii, de jure usus in concursu  
su creditorum J. Libenig. in eadem classe integre adjudicandis.
18. Balthasar progr. ad diss. de Paltenii, de favore depositi.
19. Balthasar progr. ad diss. Meyeri, de remissione in mercedis  
in locatione praediorum rusticorum abingens duntaxat ex  
huc pecuniarum conductori contingens.
20. Balthasar progr. ad diss. ~~Philippi~~ Schuffelii, de successione  
ab intest. ex jure Libenig.
21. Balthasar, progr. ad diss. Balthasari, de origine fluminum  
in genere, praecipue ablatum in pomerania horumque in  
Dole.
22. Balthasar, de poena adulterii.
23. Weyphul et Balthasar de Serenissimorum ducum pomeraniae  
meritis in rem literariam.
24. Balthasar de intellectus facultatibus ad voluntatem Dei spi-  
ritus sancti ductu componendis.
25. Balthasar, de voluntate aut Angelorum Sanctitatem.
26. Balthasar, de justificatione non physica sed poenali ad  
dictum functionis Christi pie celebrandum.
27. Balthasar de chetificatione spiritali.
28. Balthasar de diebus gentium tutelariibus ex antiquitate quae-  
dam.
29. Balthasar en, et quatenus illud restauratae humanae  
salutis medium ratione investigari possit.
30. Balthasar, de locis religiosis.
31. Balthasar, de linguae usu et abusu morali.
32. Balthasar, progr. ad Christum archangelis in creati  
michaelis.

16,

PROGRAMMA,

QVO

AUGUSTINUS DE BALTHASAR,

J. U. D. ET. PROF. ORD. FAC. JURID. SEN. ET H. A. DECANUS,  
REG. CONSIST. ET SOCIET. TEUT. GRYPH. DIRECTOR.

OCCASIONE NUPER D. 12 MAY A. 1747.

VENTILATÆ DISSERTATIONIS

PRÆNOBILISSIMI ATQUE DOCTISSIMI

DOMINI

JOHANNIS FRIDERICI  
SCHOMERI,

INCLYTÆ CIVITATIS WISMAR. SENATORIS AC S. TRIBUNALIS  
QUOD IBIDEM FLORET, PROCURATORIS DIGNISSIMI,

DE

LIBRIS, S. MATRICULIS ECCLESIASTICIS

SIMULQUE

DE SALARIIS ET ACCIDENTIIS CLERICORUM,

PRO MORE HACTENUS RECEPTO,

VITÆ CURRICULUM NOVELLI DOCTORIS

CUM ERUDITIS COMMUNICAT,

SIMULQUE

IN RECENSENDIS

VITIS JCTORUM GRYPHISWALDENSIUM

PERGIT.

---

IMPRIMEBAT H. I. STRVCK.

PROGRAMMA

1747

AUGUSTINUS DE BALTHASAR

P. U. D. ET. IUST. ORD. FAC. JURID. SEN. ET H. A. DECANUS  
REG. CONSIST. ET SOCIET. TEUT. GYRPH. DIRECTOR

OCASIONE NUPTE D. 12. MAR. 1747.

AVTHORITATE DISSERTATIONIS

FRANCOSSIMI ATQUE DOCTISSIMI

DOMINI

JOHANNIS FRIDERICI

SCHOMERI

INCLYT. CIVITATIS WISMAR. SENATORIS AC S. TRIBUNALIS  
QUOD IUDICEM FLORET, PROCURATORIS DIGNISSIMI

DE

LIBRIS EMATICULIS ECCLESIASTICIS

SIMULQUE

DE SAKARIS ET ACCIDENTIIS CLERICORUM

PRO MORE HAC TENUS RECEPTO

VITE CURRICULUM NOVELLI DOCTORIS

CUM ERUDITIS COMMUNICAT

SIMULQUE

IN REVERSANDIS

VITIS LOTORUM GYRPHISWALDENSIUM

PERGIT

IMPRIMEBAT H. I. STRUCK



L. B.

S.



um, adversa valetudinē haecenus impeditus, Pro-  
gramma solenne, quod Disputationibus inau-  
guralibus praemitti, cuique Vitae curriculum Dn.  
Candidati inferi solet, in lucem publicam emit-  
tere: facile apud B. L. me veniam impetratu-  
rum spero, si, peracto jam actu Disputationis  
ac Promotionis doctoralis, ea, quae hac in parte mei sunt officii,  
absolvo, & fidem semel datam hac vice libero. Ex lege siquidem  
mihī ipsi praescripta, antequam Vitae curriculum ipsius novelli  
Doctoris recensere aggredior, Vitae Jctorum seu Professorum  
quorundam Gryphiswaldensium, prout angusta harum plagel-  
larum capiet, praemittendae sunt. In ordine autem, qui post  
restauratam & radiis Evangelii lucis collustratam Academiam,  
hic florere Jcti, sequitur

V. JOACHIMUS MÖRITZ

*Nobilis Pomeranus.*

Sundensem eundem appellat MICHAEL GERSCHOVIUS in *Cata-  
logo Patronorum, Fundatorum ac Profess. Acad. Gryph. n. 117.*  
At, in *Libro Annal. Acad. II. f. 175.* ubi primum nomen ejus  
Albo Academiae fuit inscriptum, expresse ex oppido Marchiae  
Prietzen natus fertur. J. U. D. Advocatus, Principis ejusque  
Judici

A 2



Judicii ecclesiastici Confiliarius, sub initio anni 1549. in locum LAURENTII LINDEMANNI in Professore juris hujus Academiae successit, testantibus *Annal. Acad. c. l.* Mox seqv. an. 1550. d. 25 Octobr. Rectorale munus in eum fuit devolutum. v. *Annal. Acad. & GERSCHOV. c. l.* Ante autem aliquot dierum intervallum, pridie scil. Calend. Oct. 1550. tristissimus accidebat casus, quod Civis quidam a Scholastico, HENRICI GRAPEN filio, ut literæ ipsius, quæ in Archivo servantur, testantur, interficeretur, quem, cum aufugisset, Senatus urbanus per Lictores & Carnifices in ædibus Acad. & Professorum quærere volebat; quod cum Professores nequaquam permittere vellent, novus Rector MÖRITZIUS maxime hac occasione juribus Academiae invigilavit; ut non tantum ex deductione, quam pro Jurisdictione Academiae *Annalibus* suo sub Rectoratu *L. II. f. 178.* inferuit, sed & ex speciali consilio in hujus rei gratiam conscripto, (\*) apparet.

Tempore quoque hujus Rectoratus, mense Decembri, exarsit infelix illa disputatio de *Ordinatione Ministrorum Evangelii*, inter Dn. KNIPSTROVIUM, Superint. gener. & Mag. JOH. FREDERUM, ab Ill. Principe PHILLIPPO a. 1549. publicum Professorum Theologiæ constitutum & d. 21 Oct. ej. a. in numerum eorundum receptum. v. *Annal. Acad. L. II. p. 176. (\*\*).*

An. 1652.

(\*) De attentato Senatus sequentia refert; *Senatus urbanus, etsi contra juris & æquitatis rationes attentasset, turbare Academiam in quietâ quasi possessione Jurisdictionis? Tamen non potuit Scholasticus Magistratus Jus suum relinquere indefensum, & legitima contradictione impeditum fuit, ne ad citationem realem, vel alium actum judiciale, procederet Senatus, sicut primo temere & de facto præsumserat attentare. Tandem casu inter cognatos interfecit & patrem homicidæ, qui sibi fuga consuluerat, composita est. Pœnam vero pecuniariam, quam exigere Senatus urbanus voluit, Pater non solvit, nec quidquam in præjudicium Academiae se soluturum, promisit; Ut patet ex literis ea de re ad Rectorem & Senatum academicum a 1551. scriptis.*

(\*\*) *Annales Acad. c. l.* recensent, Mense Febr. seqv. anni FREDERUM rem ad aulam detulisse & a Principe Uckermondæ tam FREDERICI accusationem, quam KNIPSTROVII defensionem fuisse auditam, totamque controversiam sic compositam esse, ut, traditis utrinque omnibus scriptis, nihil posthæc scriberent de ea re; &, ut Frederus

An. 1652. denuo Rectoralis dignitas ad nostrum fuit delata.  
*v. Annal. Acad. L. II, f. 183. & GERSCHOV, c. l.* Circa finem  
 Rectoratus sui inscripsit fratrem JACOBUM MÖRITZIUM, A. 1556.  
 duxit in matrimonium GERTRUDEM STEVEN, honestissimi Viri,  
 quondam Consulis Sundensis, NICOLAI STEVEN, filiam, & sic  
 eundem Academiam nostram reliquisse, referunt *Annal. Acad.*  
*L. II, f. 191. b.* Sed, quorsum semet contulerit, silentii peplo  
 involvunt. Obiisse tamen eundem admodum senem, constat  
 ex inscriptione, effigiei ejus imposita, quæ cum Insigni ejus  
 extat in ERASMI SEIDELII *Iconibus Virorum illustrium & cla-*  
*rorum Marchiæ n. 43.* HEUNIUS noster in *Prosopographia*  
*sua metrica Professorum Acad. Gryph.* hoc in laudem ejus  
 compilavit distichon:

*Gymnasii nostri palmaria fama docebas,  
 Ingenii dextra judicii que fide.*

SCRIPTA,

quibus memoriam sui posteritati commendavit, sunt sequentia:

1. EJUS Consilium: *Num Spurius & illegitime natus testandi facultatem habeat?* Quam quæst. affirmative decidit. Extat inter *Consilia variorum Jctor. Germ. T. II. n. 23.* 1 plag.
2. Aliud de *Injuriis quos Socero gener. intulisse perhibetur.* Ext. *c. l. T. II. p. 177.* 2  $\frac{1}{2}$  plag. ubi tamen erronee JOHANNIS nomen ipsi tribuitur.
3. Aliud de *publicarum Scholarum jurisdictione* An. 1550. conscriptum. Quod in MSCto asservatur in Libro statutorum Academic. Impressum autem extat inter *Consilia academica ERN. COTHMANNI num. 31.* 2  $\frac{1}{2}$  plag. (\*).

Directum

alios non ordinaret, antequam ipse ordinaretur. Quas condiciones læti acceperunt; ut fidem nobis faciunt *Annal. Acad. c. l.* At, Frederum mox transactionis pœnituit eique renunciavit, unde lis majori, quam antea gerebatur, animorum exacerbatione recrudit. Plura de hac notabili controversia qui legere cupit, consulat Ven. Fratrem in seiner 2ten Sammlung einiger zur Pomm. Kirchen-Zist. gehörigen Sachen *P. II. p. 367. sqq.*

(\*) Scriptum hoc consilium occasione controversiæ, quæ a. 1550. inter Academiam & Senatam ob Jurisdictionem in causa ista criminali, supra

Directum est contra LAURENT. KIRCHOVII (\*) Consilium pro Senatu in hac contraversia scriptum, quodque in MSCto adhuc

memorata, fuit orta. Quemadmodum etiam ipsum scriptum apud COTHMANNUM hunc annum in fronte habet praefixum. Ast, An. 1555. novum inter Magistratum Acad. ac urbanum de Jurisdictione ortum est litigium. Cujus occasione JAC. RUNGIUS Gen. Sup. & Acad. h. t. Rector sequentia in *Annal. Acad. L. II. f. 189.* notata reliquit: *Mense Augusto, communi consensu Senatus academici & Magistratus urbani, delecti fuerunt arbitri clarissimi, reverendi & honestissimi Viri, Dn. JACOBUS ZIZEVITZ, Cancellarius. Dn. JOH. KNIPSROV, Dr. Theol. & Superintend. & Mag. GREGORIUS GRÜWELIUS, Senator Gryphisio, ad cognoscendam & transigendam controversiam de Jurisdictione in delictis Criminalibus, quam Magistratus urbanus Academiae sive eripere, sive non permittere conatus est. Praecedente enim hyeme Magister Vigilium adolescentes Scolaslicos nocte comprehensos & constrictos loris vi attraxerat in ades Carnificis. & arma ipsis erepta in contumeliam Academiae adfixa fuerunt palo. Arbitri, audita utringue causa, causi sunt rem componere & restituere concordiam; Articuli compositionis inter literas Academiae extant. Sequens Rector commemorabit eventum hujus negotii. Illud autem propter posteros addimus: Professores hoc tempore magno studio & fide pugnarunt pro conservanda Jurisdictione Academiae, quae summum est beneficium & privilegium. Inprimis autem praecclare de Academia hoc tempore meritus est clariss. Vir D. JOACH. MÖRTZE, Jctus, qui & Orator in hac causa exitit, & consilium eruditissimum de scholarum publicarum Jurisdictione conscripsit; Id, quod in Academia cista asservatur. Ideoque & Ven. Frater al. supra loco, hoc scriptum refert ad annum 1555. quem & ego secutus in *meiner hist. Nachr. von den Landes-Gerichten p. 64.* Ni itaque diversa sunt scripta, quod tamen probabile haud est, credendum, hoc scriptum jam an. 1550. fuisse congestum, & hac vice, an. 1555. litigio cum Senatu urbano emergente, illud denuo protractum & ad compositionem causae adhibitum fuisse.*

(\*) Fuit hic KIRCHOVIUS, latino nomine COEMITERIUS dictus, Professor quondam Rostochiensis, nominis sui fama per omnem terrarum orbem celebratissimus. Vitam familiamque ejus descripsit SEBAST. BACMEISTERUS, in *Prodromo Megapoleos literatae* §. 29 & 66. nec non in *Megapol literata, speciatim Rostoch. L. II. §. 17.* quae bina scripta elegantissima digna judicavit Illustris Dn. de WESTPHAL inferi suis *Monumentis rerum Germanicarum, insp. Cimbricarum Tom. III. Num. XXVII & XXVIII.* ubi & effigies ejus, ad vivum expressa, aeri incisa p. 1340. extat; Nec non clariss. industriique Dn. Collectores des Rostochischen Urvas, qui passim fragmenta

adhuc circumfertur, & impressum extat inter reliqua ejus  
 Consilia in *Collezione Consil. ac Respons. juris diversa tum*  
*Acad.*

quædam Vitæ Curriculi hujus Viri suæ collectioni inseruere. Quamvis  
 tamen, hos ipsos subsidiis adductis destitutos fuisse, apparet ex Colle-  
 ctione an. 1737. p. 195. Potissima Vitæ ejus momenta hic recensere,  
 opera habetur pretium.

Natus est Rostochii 1538 & a. 1544. vix sexennalis puer, nomen suum  
 Academiæ dedit, Rectore JO. a BRUNCHORST. v. BACMEIST. in  
*Megap. lit. §. 17. it. Rost. Itw. sub a. 1740. p. 80.* Cujus tamen  
 Collectores *sub a. 1737. p. 811.* annum posuerant 1545 diemque 30  
 May. Rectorem autem JO. STRUBIUM nominaverant. Haud itaque  
 credibile est, KIRCHOVIUM a. 1550. puerum X. annosum, consi-  
 lium in hac gravi causa exarasse. Quod si autem illud scriptum ad  
 an. 1555. referas, haud quidem a veritate viderur alienum, KIRCHO-  
 VIUM nostrum; juvenem XVII. annorum hujus scripti potuisse esse  
 autorem; cum jam a. 1554. d. 28 Jan. & sic ætatis suæ XVI. anno  
 Romæ varia conscripserit consilia, v. *Var. Actor. Consil. Tom. II.*  
*Conf. 1. 2. 3 & 4.* quæ omnia h. a. Romæ elaborata ac subscripta sunt.  
 Cum interim a M. Julii vix uno alteroque mense in patria præsens  
 fuerit. v. BACKM. in *Megap. Lit. al. §. 17.* At enim verò hic annus  
 non respondet subscriptioni ipsius consilii, quippe ex qua patet, eum  
 jam tum Professore Codicis Rostochii fuisse. Noster autem A. de-  
 mum 1557. d. 23 Novemb. ætatis suæ XIX. anno, publice Rostochii in  
 Doctorem U. J. fuit creatus; & post biennium elapsum a. scil. 1559.  
 ipsi a Senatu Rostochiensis Professio Cod. in Academi. patria fuit  
 demandata; Quo facto anno 1561. Rectorale munus ad ipsum dela-  
 tum fuit, quod a M. Octobr. d. a. usque ad d. 3 Junii 1563. una  
 ferie sustinuit. v. BACKMEIST. in *Prodromo all. §. 51. it. Rostock.*  
*Itw. a. 1740. p. 204.*

An. 1565. MATH. RÔSELERO in Syndicatu urbis patriæ successit, &  
 seqv. mox anno, ob celebritatem nominis, a Sereniss. Principe JOH.  
 ALBERTO, Duce Megap. Consiliarius ejusque Professor Codicis in  
 Acad. Rost. primarius constitutus fuit. Cujus promotionis terminus  
 latuit Dn. *Collectores des Rostockischen Itwas, sub a. 1738. p. 658.*  
 quanquam de titulo *primarii* sub a. 1745. p. 69. moneant, eundem  
 nullam involvisse prærogativam; At, cum alius locum in Concilio  
 jam occupasset, ante ejus discessum, qui in annum 1575. incidit, in  
 Concilium Acad. recipi haud potuit. v. *Rost. Itw. sub a. 1738. p. 725.*  
 & *sub a. 1740. p. 829.*

Ab an. 1577. usque 1579. Wismarie Syndicatus munere functus est. Id  
 quod tam BACMEISTERI, quam Dn. *Collectorum des Rostockischen*

VIII.

Acad. ac Jure Consult. Frf. 1589. T.V. n. 8. Ipse tamen KIRCHOVIUS fatetur se Discursum suum non nisi ex actis imperfectis & mulctatis compilasse. Conferri hic meretur Viri gene-

Etwas, industriam effugit, nos vero edocuit Vir plurimum reverend. Dn. SCHRÖDER, de Ecclesia & Historia patriæ meritisissimus, in seiner Beschreibung der Stadt Wismar, pag. 322 ubi Catalogum Syndicorum hujus Civitatis exhibet. Ab hinc iterum Rostochium ad pristinos Lares & labores academicos rediit, simulque Syndici munus a Civitate ipsi fuit collatum. v. Koff. Etw. sub a. 1738. p. 724. An. 1680. Rectorale onus in ipsum fuit devolutum, cui tandem succumbens, postremo Rectoratus sui die 16 Oct. ætatis suæ 52. morbo epidemico, seu febre catharrofa, quæ hoc anno totam Europam infestavit, correptus, animam efflavit. v. BACM, in Prodromo all. §. 59. & in Megap. liter. all. §. 17. ROLLII Tr. de Professoribus Rectoribus defunctis. p. 28. it. Koff. Etw. sub a. 1738. p. 658. ubi dies 15 Octobr. dicitur ejus emortualis.

Scripta ejus supra cit. II. passim allegantur, inter quæ posteritati servata sunt sequenta:

- 1 Consilium juris de Excommunicatione. Rost. 1568. De quo v. das Rostockische Etwas, sub a. 1740. p. 154. & sub a. 1745. pag. 69.
- 2 Consilia & Responsa Juris Variorum Jctorum Germ. Italiae, Galliae. Quæ ipse collegit, ut apparet ex Prefat. Tomi V. quorumque Tom. I & II. prodit Frf. 1568. III. IV & V. ibid. 1571. 72 & 78. Conjunctim vero ibid. 1589. f. & 1605. vid. STRUVII Bibl. jur. p. 331. Inter hæc nomen ipsius KIRCHMANNI præ se ferentia sunt seqq.  
 Tom. I. n. 5. 15. 17. 21. 24. 25. 31.  
 Tom. II. n. 1. usque 14. incl. it. n. 33 & 39.  
 Tom. III. n. 25. 26. 27 & 28.  
 Tom. IV. n. 16. 17. 21. 24. 25. 33. 49.  
 Tom. V. n. 1. usque 14. incl.
- 3 Comment. in L. Si unquam C. de Revoc. Donat. Ext. in Consil. T. II. post Consil. 14.
- 4 Interpretatio L. Qui accusare C. de Edendo. Ext. c. l.
- 5 In L. Pactum quod dotali C. de Pact. Ext. c. l.
- 6 Interpretatio 2. priorum Tit. Lib. II. C. de Edendo & in Jus voc. Erfurt. 1572. v. BACKMEISTERI Megapolit. §. 17. in fin.
- 7 De edendo vel in Jus vocando. v. BACKM. c. l. Forlan cum uno ex prioribus unum idemque.
- 8 Receptæ sententia. Frf. 1571. f. v. BACKM. c. l.

generosi atque consultissimi Dni. G. G. de GERDES Epistolica  
Dissertatio de *Jurisdictione Criminali Academicis, speciatim  
Gryphicæ, competente. Wismar. 1734. p. 19. Quam insertam  
deprehendes Rituali meo acad. pag. 359.*

4. Aliud: *Utrum teneatur heres bonorum feudalium debita,  
per defunctum contracta, solvere. Ext. c. l. Tom. IV. n. 36.*

## VI. CHRISTIANUS KÜSSOVIUS.

Ex præclara gente KÜSSOVIANA, in utraque Pomerania sat  
celebri & in hunc usque diem florentē, ortus. Cujus familiæ  
antiquitatem merita & insignia recenset MICRÆLIUS in *Chron.  
Pomer. L. VI.* Inscriptus fuit noster albo Studioforum ipso  
anno restauratæ Academiæ primo, scil. 1539. Rectore AMBROSIO  
SCALA, Med. D. v. *Annal. acad. L. II. p. 143.* Ut J. U. D.  
& Consiliarius Ducis PHILIPPI a. 1553. m. Januarii sub Recto-  
ratu JACOBI MÖRITZII, Professorum ordinariorum cœtui fuit  
aggregatus; testantibus *Annal. c. l. p. 184.* Eodemque anno  
pridie Calend. Octobr. in Rectorem Academ. fuit electus. v.  
*Annal. c. l. f. 187.* & MICH. GERSCHOV. *c. l. n. 88.* M. No-  
vembris Camini fuit conventus habitus & controversia, quæ ob  
Principatum Imperii & inusitatum titulum mota fuit, inter  
Principes Pomeraniæ & Martinum Episcopum Camminen-  
sem, composita fuit. v. MICR. post *L. III. sub Vitis Episcop. Cam.  
n. 8. (\*)*. Qua de causa noster CHRISTIANUS KÜSSOVIUS  
mense Januarii Spiram missus fuit. Propter ejus profectionem,  
& quia plerique ex Professoribus aliquot menses aberant, non  
fuit electus Rector tempore verno. In autumno autem,  
urgente Dn. KNIPSTROVIO & Mag. BALTHASARE, qui promoti-  
onem Philosophicam adornabat, rursus fuit suscepta electio.  
v. *Annal. acad. L. II. f. 187.* Ao: 1557. d. 3 Aug. noster, una  
cum Gen. Superint. D. JAC. RUNGIO, ab illustriss. Principe ad  
Collo-

(\*) Hoc Rectoratu, eodem tempore, auctoritate Ducis PHILIPPI, Com-  
missio ad sopiendam litem inter KNIPSTROVIUM & FREDERUM,  
cujus antea fecimus mentionem, huc Gryphiswaldiam fuit oblegata,  
quæ lis felicissime composita; testantibus *Annal. Acad. L. II. f. 187. &  
Ven. Fratrem. in seiner 2ten Samml. p. 379 & 394.*

Colloquium Wormatiense missus est, v. *Annal. acad. c. l. p. 106.* unde sequi a. 1558. d. 4. Jan. reversus fuit. v. *Annal. acad. f. 198.* & Ven. Dn. *Fratriſ 2te Samml. all. pag. 399. & 401.* Et postquam eodem anno 1558 d. 16. Martii Frater ejus, MICHAEL KUSSOVIVS, qui Principi erat a Consiliis, cujus fuit *συμβουλος* e vita exceſſerit, Princeps nostrum Christianum in fratris locum evocavit atque ſurrogavit. v. *Annal. acad. L. II. p. 203. b.* In ferie tamen Profeſſorum in Albo acad. conſignata, noſter poſt depositum Rectoratum, quem unica tantum vice ſuſtinuit, non amplius deprehenditur. MICRÆLIUS in *Chron. all.* eundem ſæpius Legationibus in cauſis Principis vacaſſe meminit. Merita ejus in Principem ac Acad. ſequenti diſticho complexus eſt HEUNIUS *c. l.*

*Eximio decori fueras Ducis usque præſſe  
Conſiliis, ſimul ac erudiſſe Scholam.*

## VII. GERARDUS BELOW.

*Eques Pomeranus.*

ANTONII filius, ex antiqua nobili profapia, in Pomerania ulteriori Sedinenſi florente, prognatus; Cujus Stemmatibus antiquitatem inſignia & ſurculorum in Rem. publ. merita recenſet MICRÆLIUS in *Chron. Pom. L. VI.* Noſter GERARDUS in numerum Studioſorum receptus & albo inſcriptus a. 1539. ipſo anno reſtaurata Academia, faſces rectorales tenente AMBROSIO SCALA. Med. D. v. *Annal. acad. L. II. p. 143.* Ao. 1555. Menſe Junii huc advenit. J. U. Lic. & Prof. & Conſiliarius Principis, & ſucceſſit KUSSOVIO; quoniam hoc anno primum in ordine Profeſſorum notatus deprehenditur, ſub Rectoratu JACOBI RUNGII. v. *Annal. c. l. p. 188. & ſq.* Eodem adhuc anno 1555. d. 14 Nov. conſentientibus ſuffragiis Rector Acad. electus fuit. v. *Annal. c. l. p. 190.* ubi & inſigne ejusdem depictum apparet. it. MICH. GERSCHOV in *all. Catal. Patron. Rectorum & Profeſſ. n. 9.* Hoc Rectoratu, principio M. Februarii anni 1556. reſuſcitante Frederico aliquoties ab ill. Principe compoſitam controverſiam, cujus ſupra mentio facta, convocata fuit per illuſtr. Principem

cipem Synodus Gryphyswaldensis, cui nomine ill. Principis inter alios & noster præfuit (\*).

In fine May ill. Princeps Dn. PHILIPPUS e Schola Gryphiswaldensi evocavit Rectorem GERARDUM BELOWEN, & Decanum M. BALDASARUM Rhau, quibus d. 15. Junii liberorum suorum educationem & institutionem, præsentibus Dno Cancellario, MICH. KUSSOVIO, ERASMO HUSIO & D. ANDRÆA MAGERIO, commendavit. v. *Annal. c. l. p. 191. b.* Nec quoque ab eo tempore ulterius in Catalogo Profess. in sequentibus Rectoratibus notatorum, occurrit. Quamvis a. 1557. d. 25. Oct. in promotione Doctoris HENRICI PICTII, in Fac. jurid. eundem Vice Cancellarium præsentem fuisse, legimus in *Annal. acad. c. l. f. 197.* HEUNIUS c. l. sequenti Carmine memoriam ejus posteritati voluit commendatam:

*Virtute & studiis & nobilitate valebas  
Fatidicæ Doctor nec minus ipse Deæ.*

### VIII. BERNARDUS BÈRE

*Eques Pomeranus.*

Ex inclyta Familia URSORUM in Pomerania Wolgastana nec non Megapoli in hunc usque diem florente, & permulta prædia, immo integros districtus terrarum, in utraque Provincia possidente, originem trahens. Hic possessor fuit prædii Vargatz prope Gutzkoviam. Ejus nomen inter Studiosos novitios Albo acad. a. 1539. ipso anno restauratæ Academiæ, sub Rectoratu AMBROSTI SCALA, Med. D. inscriptum. v. *Annal. acad. L. II. f. 192.* ubi

(\*) FREDERO autem contumaciter emanente, Knipstrovii sententia a tota Synodo comprobata est; Cui etiam subscribere Patres Wittenbergenses ab illustr. Principe consulti. Qua Synodo finita, Frederus sese subduxit ac Wismariam abiit. Ubi & cum Uxore & tribus liberis a. 1562. repentina morte, non sine veneni suspitione, occubuit. *vid. Annal. c. l. f. 191.* Conf. Ven. *Fratris iste Sammlung p. 103 & 127.* Valde interim laudatur FREDERUS ab EUSEBIO MENIO in *Epist. ad LUCAM LOSSIUM.* V. Dn. HARTMANNI Profess. Kilon. *Progr. ad Disp. inaug. D. C. N. HELWIGII de Differ. jur. Pomer. & Rugiani pag. 4.*



tanquam Rector Acad. d. 3 Dec. electus apparet & etiam infigne  
 ejus depictum deprehenditur. Ao. 1557. d. 25 Oct promotio  
 celebrata est D. HENRICI PICTII, in Facultate jurid. præsentis  
 Dn. GERARDO BELOVIO, Vice Cancellario, nobilitate Stemma-  
 tis & virtute ornatissimo viro. Promotor fuit JOH. VALKOW  
 (Galz) Cancellarius illustr. Principis BARNIMI. Adjuncti  
 fuerunt Promotori ex mandato Principis Dn. NIC- GENZKOW  
 D. Consul Sund. Dr. MELCHIOR WYNSIUS, Syndicus Steti-  
 nensis & Dr. JACOBUS MORING, Synd. Stargard. v. *Annal. acad.*  
*c. l. f. 197.* & MICH. GERSCHOV. in *Catal. Promotionum Can-*  
*cellarior. &c. ad h. a. 1557.* Die 18. Dec. ejusd. anni conflagratio  
 accidit tristissima arcis Wolgastensis, duodecima noctis  
 hora, quæ duæ nobiles puellæ, duo pueri nobiles, octo simul  
 numero homines, fœminæ & viri, funesto casu perierunt. v.  
*Ann. acad. c. l. f. 197.* Cum hic tristissimus casus accidisset,  
 mirabili occasione ad nos venerunt studiorum causa illustriss.  
 Principes, Pomer. Duces, JOHANNES FRIDERICUS, anno ætatis  
 15. exactæ; Princeps BOGISLAUS, 13. annorum & Princeps  
 ERNESTUS LUDOVICUS, ann. 12. Ingressi sunt oppidum felici  
 fidere, ipso d. St. Thomæ circa medium horæ quartæ; & ad-  
 ducti ad nos ab ipso Parente, illustriss. Principe PHILIPPO, magna  
 solennitate & omnium bonorum gratulatione. Excepti sunt  
 honorifficè piis votis & debita animi subjectione, præsentis Patre,  
 primum a Rectore & Senatu academiæ nostræ, ad cujus Oratio-  
 nem gratulatoriam illustriss. Princeps JOHANNES FRIEDERICUS  
 eleganter latine respondit, non sine multorum admiratione.  
 Deinde a Senatu urbano, præsentibus duobus Consulibus, PETRO  
 KRULLO, & BERTRAMO SMITERLOVIO ac majore parte Ordinis  
 senatorii. His illustriss. Princeps senior, PHILIPPUS,  
 præsens, Academiæ defensionem & tranquillam Civitatis custo-  
 diam, pro ea fide & necessitudine, qua illi obstricti sunt, per  
 nobilem & præstantem virum MICHAELEM CUSSOVIUM, Mare-  
 schaleum, accuratissime commendabat; eique Senatus urbanus  
 vicissim universum studium summamque voluntatem & fidem  
 prolixè deferebat. v. *Annal. acad. L. II. f. 198.* Ex innata  
 quadam animorum præstantia & singulari erga liberales artes  
 favore

favore minime dedignati sunt honestissimorum virorum ac juvenum coetui se adungere nominaque sua in album Academiae referre. Id quod factum d. 5 Febr. 1558. v. *Annal. c. l. f. 193. & 198.* & pluribus recensetur a Ven. *Fratre in seiner 2ten Sammlung p. 402.* Conf. *Rituale meum academ. p. 171.* Atque hoc nomine illustriss. atque generosiss. Principes Rectorem honorifica veste exornarunt. Quod perpetuæ gratitudinis ergo reticere non debuit, monet ipse Rector in *Annal. acad. c. l. f. 193. (\*)*

An 1558. d. 23 Febr. cum Rector Acad. designaretur Illustriss. Princeps ac reverendiss. Dnus, DR. JOHANNES FRIDERICUS, Dei gratia Dux Stetin. Pomeran. Cassub. & Vandalorum, Princeps Rugiæ, Comes Gutzkoviæ & Administrator Episcopatus Caminensis, Academiae Patronus; v. *Annal. Acad. L II. f. 200. b.* hic Vice Rectorem constituebat nostrum BERNARDUM URSINUM, v. *Annal. acad. c. l. f. 204.* Die 2 May habita est solennis promotio Doctorum Theologiæ jussu & sumtu beneficentissimi Principis, Ducis PHILIPPI, cui actui ipse interfuit, una cum Filiis JOHANNE FRIDERICO, BOGISLAO, & ERNESTO LUDOVICO. Die promotionis a prandio, hora quarta, Princeps Dux PHILIPPUS in curiam progressus per Cancellarium VALENT. EICHSTÄDIUM, tabulas Visitationis & donationem amplissimam,

(\*) Hoc quoque Rectoratu domus ruinosa apud Sundenfes ad forum novum sita, ad Academiam spectans, rebus academicis ita exigentibus, vendita & pecunia inde redacta ædes Ordinarii ruinose restauratae sunt. Cujus rei gratia Princeps etiam lapides & ligna liberalissime subministravit. Ædes quoque Cursoris, quas JOH. GÄLTZQVIUS ab Academia perpetua locatione certis pactis & conditionibus possidebat, a servitute omnium civilium onerum & exactionum, quibus a Magistratu urbano haecenus injuste premebatur, in libertatem pristinam Rector vindicavit; adeo, ut illustriss. Princeps editis ad Senatum urbanum literis, severius præcepit de immunitatibus & privilegiis omnium ædium Academiae in posterum minime violandis. Quarum literarum copia in Cista Academiae conservatur. Statuta quoque Academica, communi consensu elegantius descripta, & adjecta confirmatione illustriss. Principis, propriis expensis Rector compingi curavit. v. *Annal. cit. loc. f. 99.*

XIV.

qua Academiam mille ducentis aureis & quadringentis frumentis modis, annuatim solvendis, auxit in cœtu multorum Nobilium, Professorum Academiæ, Senatus urbani, Pastorum & Civium promulgabat, addita testificatione benignissimæ voluntatis suæ erga Ecclesiam & Academiam, & commonefactione severa, quid Senatam, quid Cives facere vellet. Illustriss. Princeps, Dux JOH. FRIDERICUS, Dno Parenti, Duci PHILIPPO, oratione latina cum laude & admiratione omnium, nomine Academiæ, gratias egit, confirmans suo & fratrum nomine, se hanc Dni Patris donationem perpetuo esse ratam habituros & aucturos. v. *Annal. acad. L. II. p. 202. & Ven. Fratris 2. Samml. c. l. p. 495.*

An. 1560. d. 21 Sept. pro Licentia in jure disputavit Dn. Bernardus Ursinus, & d. 26 Septembr. habitæ est promotio ejus, qui a clarissimo viro, Dn. JO. VALKONE, Doctore & Cancellario BARNIMI Principis, titulum Doctoratus accepit. Vice Cancellarium gessit de mandato illustr. Principis & reverendiss. Episcopi Camminensis, Dni Ducis Pomeranorum JOHANNIS FRIDERICI, & C. CHRISTOPHORUS GRUELIUS, Jctus v. *Annal. acad. L. II. f. 211.*

An. 1564. D. BERNHARDUS BERE, relicta scholastica vita & Professione juris, se contulit in sua prædia, unde crebro evocatus ad consilia illustriss. Principum. v. *Annal. c. l. f. 231.* MICRÆLIUS eum Canonicum ac Consiliarium provincialem fuisse, asserit, c. l. Ao. 1574. subscripsit instrumento renovationis literarum reversalium, Electori Brandenburgico exhibitarum, & a 1579. placida morte vitam deposuit. v. ELZOVII adel. *Pomun. Stamm-Baum, ad N. 15.* HEUNIUS sæpe all. loco in honorem hujus viri hoc compilavit encomium:

*Doctoris titulo cluere haud tibi dedecus, inde  
Dux te præfecit non sine laude Scholæ.*

IX. GIDEON KLEMZE

*Eques Pomeranus.*

Ex nobili familia, in utroque Ducatu & Marchia florente, ortus. v. MICRÆL. in *Chron. Pom. L. VI.* ubi & insignia hujus Familiæ describit; Patre MICHAËLE, Consule Stolpensî & Matre Anna

*Put-*

*Putkamer's* v. MICH. GERSCHOVII *Catal. Patron. Fundat. ac Prof. Acad. Gryph. n. 82.* Ao. 1551. d. 1. Apr. sub Rectoratu JOACH. MÖRITZII albo Studiosorum gratis fuit inscriptus, in gratiam Dni NIC. KLEMPZEN, patruī, Consiliarii Principis, ut habent *Annal. acad. fol. 179.* Ao 1557. sub Rectoratu BERNARDI BEERII in numero Professorum juris ordinariorum deprehenditur, v. *Annal. c. l. f. 200.* An. 1559. Rectoratus delatus est ad Principem BOGISLAUM XIII. studiorum causa hic degentem, cujus Vice Rector fuit Gideon Klempzen. At in hoc suo Vice Rectoratu eum morte occubuisse, exinde patet, quod ipse ne quidem memorabilia hujus Rectoratus anni consignaverit, sed, quæ in Libro annal. hac de re notata extant, a JACOBO GERSCHOVIO inserta sunt. Qui nil præter hæc annotavit: *Vice Rectore GIDEONE KLEMPZEN apud cujus heredes adhuc detineri arbitror, quæ ipse in hoc suo Vice Rectoratu consignaverat. Inter alios ejus heredes est Vir reverendus, clariss. Dn. Mag. JOH. RUNGIIUS, Pastor Altenkirchensis. Professores fuerunt. &c.* Ex quibus verbis ultimis errorem ex supina incuria MICH. GERSCHOVII ortum esse, censeo, quod hic in all. sub initio *Catal. Profess. n. 82.* de nostro GIDEONE scriptum reliquerit, eum postea vocatum fuisse ad Pastorum Altenkirchensem. Uxor ejus fuit BARBARA HORNS, NICOLAI, Equitis Rantziniensis & ANNE ERICHIE filia. v. M. GERSHOW. c. l. In honorem beate defuncti HEUNIUS sæpe all. l. sequentem composuit versiculum:

*Hæc ætas multos fert nobilitate celebres,  
Qui membra hic Musis clara fuere Gryphum.*

## X. CHRISTOPHORUS GRUELIUS

*Gryphiswaldensis.*

PETRI, Consulis, & Annæ Cangisseriæ filius. Dubio procul in locum KLEMPZII successit, dum jam eodem Rectoratus anno, scilicet 1559, quo hic decessit, numerum Professorum supplet. Cumque mox seqv. a. 1560 d. 20 April Rector Academiæ eligeretur Illustr. Princeps ERNESTUS LUDOVICUS, studiis hic operam dans, simul noster GRUELIUS Vice rector fuit constitutus. v. *Annal. acad. L. II. f. 210.* & MICH. GERSCHOV. c. l. n. 59. Sub hoc

## XVI.

hoc Vice Rectoratu & quidem d. 14 Jul. in *Annal. c. l.* notatum deprehendimus: Statuta Academica promulgata esse per illustr. Principem & Pomeraniæ Ducem, ERNESTUM LUDOVICUM, & a Vice Rectore D. CHRIST. GRUELIO, Icto, recitatam esse Orationem de *Papiniano*. Convivium simul celebratum esse Rectoratus, ex munificentia Principis BOGISLAI, qui eodem anno munus Rectorale sustinuerat. An. 1361. d. 2 Martii morte amisit Patrem PETRUM GRUELIUM (\*). An. 1570. sub fine Rectoratus Andreae Rungii, ubi nomina Professorum consignata, noster Syndicus

(\*) Hic vir, multis meritis celebris, a parentibus honestissimis in inelyta Megapoli natus, de Civitate Laghe, Suerinens. Diocesi. *Annal. Acad. L. II. f. 122.* Floruit jam an. 1422. Rostochii EUDOLPHUS GRUELL J. U. D. & dicto anno Acad. Rector. v. BACKM. *Megapol. liter. §. 4. p. 3.* Noster PETRUS Rostochii gradum Baccalaureatus & Magistratus accepit. Ad nostram Academiam accessit an. 1513. d. 19 Jan. sub Rectore EWALDO SCHINCKELIO nomen ejus albo academico fuit inscriptum; altera die, ad scriptum illustriss. Principis BOGISLAI, in Collegiatum receptus fuit. Et paulo post Decanus & post JOH. OTTONEM an. 1525. Rector Acad. designatus fuit. v. *Annal. Acad. L. II. p. 141. f. 2.* Cum autem propter exortas de Religione controversias Academia non leviter affligeretur, ut multi Viri docti hinc migrarent, vocatus est a Magistratu Gryph. ad Remp. in qua cum Scribæ officio annis aliquot cum laude functus esset, & Magistratus animadverteret, valere eum ingenio, industria, consilio & fide, Senator, & paucis annis post, propter eximiam virtutem, Consul creatus fuit. Evangelii doctrinam, postquam dextre explicatus esset, sedatis vagabundis & terribilibus motibus, toto pectore amplexus est, ab eo tempore, quo coram reverendum Patrem, D. Joh. Bugenhagium, docentem audivit, publicos Ecclesiæ congressus dilexit. Publicam intimationem, seu Programma exequiale, in obitum ejus scripsit Doct. JACOBUS RUNGIUS. Dat. d. 3 Mart. 1561. quod filius, noster CHRISTOPHORUS, ne intercidere, verbotenus *Annalibus Acad. sui Rectoratus f. 215.* inseruit. Uxorem, ex qua nostrum Christophorum suscepit, in matrimonio habuit ANNAM CANGISSERIAM, si fides habenda est MICH. GERSCHOVIO, *c. l.* Qua defuncta aliam duxit, nomine CATHARINAM APENBORGS, ex qua a. 1547. d. 19 Aug. suscepit filium ejusdem nominis cum Patre, qui, in Senatorem hujus Civitatis coopertus, officio Camerarii per aliquot annos præfuit, a. 1578. vita excessit, relictis 4 filiis & 3 filiabus. Programma funebre composuit PETRUS FROBESIUS, dat. d. 16 Cal. May 1600. quod typis publicis impressum a me possidetur.

cus urbanus salutatur. *Annal. c. l. p. 251. sqq.* Rectoratum altera vice sustinuit a. 1575. v. *Annal. L. II. f. 266.* & MICH. GERSCHOV. c. l. An. 1581. dicitur Senior Universitatis & Civit. Syndicus, a focero ejus STOPPELIO, in orat. 3. de *Amiffione feudi.* in *princ.* Obiit tandem a. 1597. v. MICH. GERSCH. c. l. Uxo- rem in matrimonio habuit ANNAM VOSSEN, PETRI & GERTRUDIS VOLSCHOVIE filiam. ANDREÆ & ANNÆ QUANTEN neptem. Habuit quoque Filiam EMERENTIAM, JACOBO STOPPELIO, Profes- fori juris, nuptam. HEUNIUS saepe all. loco sequ. carmine merita ejus deprædicavit:

*Eunomie Mystam, te Academia nostra vocabat.*  
*Civica post tractas, servis utrique foro.*

\* \* \* \* \*

His pro instituti ratione præmissis, me jam accingo ad recensionem vitæ ipsius novelli Doct. Dni JOHANNIS FRIDERICI SCHOMERI, Collegii Senatorii Wismariensis nec non Procurato- rum S. Tribunalis Regii, quod ibidem floret, membri dignissimi. Verbis, quibus ipse Dn. Doctor eandem concepit, utar:

**E**ditum me in hanc lucem, Suerini, anno superioris seculi nonagesimo septimo, d. 14 Februarii suscepit Pater, ACHILLES FRIDERICUS SCHOMERUS, tum Serenissimi Ducis Mecklenburgici FRIDERICI WIL- HELMI Consiliarius Justitiæ, in Dicasterio Suerinensi, postea ab anno 1709. illius Collegii Vice-Director, re vera Director, siquidem ab anno 1713. usque ad annum 1731. quo placide obdormivit, nullus, illustri huic Collegio alius Director, ne quidem titulotenus talis, præfuit. Quis quantâ fide, dexteritate, ac integritate, justitiam administravit, cum omnes totius Ducatus Megapolitani incole loquantur, filium tacere præ- stat. Mater mihi fuit CATHARINA MIDDENDORPS, GODOFREDI MIDDENDORPS, Mercatoris & civis primarii Lubec. filia, & JOHAN- NIS ver MEHREN, Serenissimorum Ducum Mecklenburgensium, CAROLI, CHRISTIANI LUDOVICI, & FRIDERI WILHELMI, Consilarii intimi, privigna, ex cujus domo eam duxit B. Pater. Avus paternæ lineæ mihi existit NICOLAUS SCHOMERUS, f. U. D. Reipublicæ Brunsvi- censis

XVIII.

ensis Consiliarius & Syndicus, postea Lubecensis Senator primarius. Avia vero paternæ lineæ SUSANNA SCHLAFFIA, CHRISTOPHORI SCHLAFFII, Jcti Hamburgensis & Capituli Cathedralis ibidem Syndici, filia. Avum maternum agnosco GODOFREDUM MIDDENDORP, Mercatorem & civem primarium Lubecensem. Aviam vero maternam CHRISTIANAM WOLTERS, MICHAELIS WOLTERS, primi ordinis civis & vigilantissimi Mercatoris ex ANNA V. MELLEN filiam.

Stemmatis paterni Proavum veneror JODOCUM SCHOMERUM, prædiorum ad Cathedralē Osnabrugensium Ecclesiam pertinentium Inspectorem, Judicijque Kappelenfis Secretarium. Proaviam paternam SOPHIAM, NICOLAI KARNEBECKS, Mercatoris primarii filiam.

Proavum maternum laudo JOACHIMUM MIDDENDORP, Civem & Mercatorem Lubecensem, præstantioribus annumeratum. Proaviam vero maternam CATHARINAM SCHRÖDERS, VALENTINI SCHRÖDERS, Civis & Mercatoris Lubecensis filiam.

Honestissimis hisce Majoribus ortus, & sacro fonte ablutus summa Parentis cura in litteris & artibus, quibus tenera ætas imbui solet, variis Præceptoribus operam subministrantibus, institutus, donec illos attingi progressus, ut Discipulus secundæ Classis Alumnis jungi possem, ex quo tempore, Scholæ Cathedralis, quæ Suerini est, Præceptoribus traditus, & Rectoris, primum HENRICI MASHI, mox illius successoris JOHANNIS WIETZII, & Con-Rectoris GEORGHII MATHIÆ SCHRÖDERI, indefessa industria, ad Academica studia præparatus, usque dum anno hujus Seculi XVII. qui Reformationis Jubilæus erat, primo vere, in Academiam patriam Rostochiensem missus, & a Pro-Rectore, Viro summe Reverendo Dn. M. PETRO BECKERO, in Matriculam Studioforum inscriptus, Philologica, LL. OO. studia Duce M. HERM. TAMOVIO, ibi continuavi. In Philosophicis vero pariter ac omnis generis Theologicis, Lectoriis, Examinatoriis, & Disputatoriis, fidelissima institutione Viri Magnif. Dn. D. EPINI usus. Ad hæc plurimis lectionibus tum publicis, tum privatis, reliquorum Theologia Professorum, nunc pie demortuorum, KRACKEVITZII, WEIDNERI, & ENGELKENII, interfui, donec triennio absoluto conscripta, & sub Præsidio b. H. C. ENGELKENII habita Dissertatione, de Modo compellationis in secunda singulari, vulgo,

vulgo, vom Duzen. Rostochienſem anno 1720. reliqui Academiam. B. egenim Parens, filium ſuum natu minorem, MICHAELEM CHRISTOPHORUM SCHOMERUM, poſtea, J. U. D. & ab anno 1725. in omnibus foris & Dicasteriis Mecklenburg. ſtrenuum cauſarum Patronum, antequam in Academiam abiret, principia Juris docturus, hiſce praelectionibus me quoque intereſſe, voluit. Expoſuit igitur anno 1720. nobis principia Juris primum ex Inſtitutionibus Imper. Juſtiniani, mox ad filium Examinis Hoppiani, & tandem ad ductum STRUVII, in Syntagmate Juris civilis. Quo facto fratrem in Academiam comitatus, inſtituto per Hamburgum, Cellam, Hanoveram, Brunſvigam, Halberſtadium, Halam Saxorum, Lipſiam itinere, Vitenbergam pervenimus, ubi DD. BRENDELIUM Inſtitutiones, KRAUSIUM Digefſta ſecundum SCHÖPFERI Synopſin & SCHILTERI Jus Canonicum, WERNHERUM Jus feudale, SPENERUM Jus publicum, JO. GUILIELM. BERGERUM vero, priſca Germania Hiſtoriam nitido ac eleganti dicendi genere tradentem, audivi, non neglectis interim praelectionibus Theologorum WERNSDORFFII, CHLADENII, JANI, & SCHRÖERI. Praeſertim illorum ſcholis examinatoriis & diſputatoriis diligenter interfui. Cum vero, jubente & impellente b. WERNSDORFFIO, ſummos in Philoſophia honores, Brabeuta Viri Excellentiffimo JO. GUIL. BERGERO, conſecutus eſſem, & anno 1722. traditum mihi a WERNSDORFFIO thema: de Vero Oraculorum praefide, quoad partem primam ſub moderamine dicti Cl. BERGERI, quoad ſecundum partem vero ut & aliam, de Cauſis Praefidem Oraculorum impellentibus, ipſe actus diſputatorii moderator, propoſuiſſem: Philologicas & Philoſophicas ſcholas aperui; donec ſub finem anni 1723. tribus antea Diſſp. habitis de Jeſuitis non recipiendis, Reſpondente fratre germano; de Jeſuitis caute tolerandis, Reſpondente Agnato JOANNE JACOBO TADDELIO, poſtea S. S. Theol. Doctore & vigilantiffimo verbi divini apud Rostochienſis ad Aedem Petri Miniſtro, & Catharinae Paſtore, ante aliquot menſes magno cum Eccleſiae dolore, ad caeleſtem patriam evocato; & Parologiſmos ANTHONII VAN DALEN; quantum ad Praefidem Oraculorum diſcuſſos, Reſpondente BREUHANO, Wittebergam reliqui, & inſtituto per Torgaviam, Grimman, Miſſenam, Dresdam, & Freibergam itinere, Lipſiam iterum adii, ubi Theologos BÖRNERUM, KLAUSINGIUM, DEILINGIUM, PFEIFFERUM, non ſalutavi ſolum, ſed & aliquoties eorum praelectionibus interfui. Idem



*observavi Jenæ, ubi Theologos BUDDEUM, FÖRTSCHUM, WEISSEN-  
 BORNIVM, DANTZIVM, RUSTIVM, WALCHIVM, ZÜLLICHIVM pariter  
 ac Jure Consultos, STRUVIVM, DRESSELIUM, BUDERUM, & Philoso-  
 phum STOLIUM non adii solum, sed aliquoties etiam ab eorum ore  
 pependi. BUDDEUM certe deprehendi in me propensissimum, si modo ibi-  
 dem diutius herere, & quæ mihi offerebat favoris documenta, ipsa re  
 experiri potuissem. Sed revocabant me litteræ b. Parentis, altera  
 vice secunda conjuge amissa, vidui. Maximam igitur anni 1724. partem,  
 Suerini in ædibus Parentis transégi & studium homileticum, habitis sæpius  
 pro concione in Templis Cathedrali & Aulico sermonibus, exercere, reli-  
 quam vero temporis spatium repetitioni Theologiae Acroamaticæ im-  
 pendere cepi. Constitutum enim erat, ut summe reverendo Theologorum  
 Ordini, me examinandum siscerem, antequam ad iter litterarium accin-  
 gerem. Missis igitur ad S. R. Facultatem Theolog. Rostoch. cui studia  
 mea optime cognita erant, litteris petitoriis, obtinui non solum, ut ad  
 consuetæ examina rigorosa fores mihi aperirentur, sed & illis fructis,  
 dignus judicatus sum, qui ad Examen publicum, dato Dissertationis  
 Themate, publice proponendo, admitterer; quo factò, supremi in Theologia  
 honores desideranti conferendi erant. Superato examine anno 1725.  
 iter litterarium ingressus, instituto per Hamburgum, Bremam, Olden-  
 burgum, Gröningum, Leovardiam, Franekeram itinere, navi per Sinum  
 Austrinum Amstelodamum profectus, salutatis prius & auditis maxima  
 ex parte ROSSALO, SCHULTENS, ANDALA, CAMPEJO, VITRINGA,  
 VENEMA aliisque Doctoribus Academiarum, insuper Gröningensis &  
 Franekerensis Professoribus celeberrimis. Consideratis, quæ Amstelodami  
 variora occurrunt, per Lugdunum Batavorum, Hagam Comitum, Del-  
 phos, Roterodamum me contuli, unde in Angliam trajeci. Londinum  
 delatus in amplissima hac totius Angliæ Metropoli, ea, quæ variora pu-  
 tantur, & quorum vel in unico Greshamensi Collegio magnus existit  
 numerus, lustravi; in duobus quoque templis, quibus Germani, non va-  
 riatæ Augustinæ Confessione addicti, congregantur, pro concione verba  
 feci. Non multo post Oxonium iter direxi, non recta quidem via, sed  
 per diverticulum Hamptonii Curia & Vindeforio lustratis, quod illa  
 loca Magnæ Britanniæ Rex sæpius adire ibidem, missis pro tempore regni  
 curi, animum recreari solet. Oxonii per novem menses steti, quod libere  
 Bibliotheca Bodlejane usus, per quinque vel sex horas quotidie concede-  
 batur;*

batur; Insuper Bibliotheca Custodes JO. BOWLES, Proto-Bibliothecarius, & FRANCISC. WISE, secundus ab illo, singulari me amplecterentur favore; familiarissime quoque usus sum SAMUELO PARCKERO & JOH. GOGNIERIO, Linguarum orientalium maxime perito, cujus ductu studium Rabbinicum diligentius excolui, & lingua Arabica fundamenta jeci. Incunte autem vere anni 1726. salutatis prius Episcopis Oxoniensi & Landaviensi, ut & Academiae Vice Cancellario JO. MATHERO, Collegii Aedis Christi Praeposito, aliisque litteratis Viris, quos proprius nosse datum fuerat, Londinum reversus, splendidissimam Magnae Britanniae Regis, sub initio illius anni e Germania reducis, aulam, quam prima vice Londinum intranti invisere ob absentiam Regis integrum non erat, illustravi. Nec ita multo post salutatis Archiepiscopo Cantuariensi in Aedibus Lambethanis, & Episcopo Londinensi, ut & aliis litteratis viris, quos inter primo loco nominandi D. D. RICHARDUS BENTLEJUS WATERLAND, GERDES, ut & ZIEGENHAGEN, RUPERTI, & REUTER quorum memoria, ob eam, qua me exceperet, comitatem ex animo nunquam effluet. Conscensa navi Roterodamum redii, & iterata vice Delphos, Hagam Comitum, Lugdunum Batavorum, & Amstelodamum illustrans, inde Trajectum ad Rhenum me contuli, & salute dicta BURMANNO, FABRICIO, van den HONERT, SURENHUSIO, CLERICO, HAVERCAMPPIO, aliisque viris eruditionis laude maxime conspicuis, federatum Belgium reliqui, per Noviomagum, Cliviam, Duisburgum, Dusseldorpium, Coloniam Agrippinam, Bonnam, Consuentiam, Moguntiam, Francofurtum ad Menum, flumine adverso tractus, jucundissimo per fundos, hortos, & cultas vineas itinere, Germaniae redditus, Giessam contendi, ubi aliquamdiu substitui, quod Viri doctissimi BILEFELD, RUDIGERUS, SCHUBARTUS, HENRICUS MAJUS, filius, & reliqui Academiae Proceres & Professores accessu & colloquio admodum faciles se mihi praeberent. Inde Marpurgum, Cassellas, Mindam, Hildesiam transiens, Hannoveram iter direxi, quod in Anglia & apud Batavos quaedam Viro summe venerabili, JUSTO BÖHMERO, Abbati Loccumensium, tradenda acceperem. Hic, quanta me excepit humanitate, dici vix potest, futurus aliquando rerum mearum stator ac Promoter si ex ipsius sententia ad Academiam Juliam, quae Helmstadii floret, me conferre, ibidemque per biennium legendo ac disputando ingenii vires exercere voluisssem. Quod ut facerem, per Parentem non licebat, quippe qui gravissimis adductus rationibus, ut primum Aca-

demiam patriam Rostochium adirem, jubebat. Reversus igitur Rostochium circa autumnale æquinoctium 1726. ad prælectiones statim redi, & in linguis pariter ac Philosophia, ut & historia Ecclesiastica Academicæ Juventuti facem præferre, pro virili annisum sum. Hisce occupatum studiis Amplissimus Wismariensium Senatus me ex Academia ad Scholam revocavit, Rectoris munus, quod Vir Cl. HERM. SAM: REIMARUS, ad Professionem Linguarum OO. in Gymnasio Hamb. obeundum, abhinc evocatus, fecerat vacuum, unanimi suffragio d. 23 Febr. an. 1728 deferendo. Huic provincia M. Aprili præpositus, biennio elapso, Parentis jussu de Thori socia eligenda cogitavi, & Virginem MARGARETHAM ELISABETHAM KUHLMANNEN, JOHANNIS KUHLMANNI, Consulis quondam Wismariensium optime meriti, filiam, quam ex ANNA MARGARETHA SHCMITERLOWEN, NICOLAI SCHMIETERLOWEN, Consulis quondam Gryphiswaldensis, & JUDITHÆ SCHELEN filia, susceperat, connubio, faxit Deus, ad vitæ meæ finem stabili, mihi junxi, quæ etiam multa prole me beavit. Siquidem ex illa septem jam filias, & duos filios suscepti, duobus filiis, in utero materno extinctis. Postquam igitur demandato muneri scholastico per octodecim annos & quatuor menses præfuissem, in eoque operam & studium Amplissimo Wismariensium Senatui, Lycei hujus Patrono, probassem, placuit Amplissimo huic Ordini me ab hoc umbratili munus, at molestia pleno, vitæ genere avocatum & rude quasi donatum, in Senatum legere. Eximio huic P. C. Civitatis nostræ favori novum decus & singularem plane gratiam addidit Summus Augustissimi Regis nostri in Germania Provocationum Senatus, locum mihi inter causarum Patronos concedendo & Summi Tribunalis Regii Procuratoris provinciam, simul ac Doctoralis dignitatis gradum tenerem, adsignando. Quibus causis effectum, ut, missis ad Excellentissimum Juris Consultorum in Academia Gryphica ordinem litteris petitoriis, aditum ad hosce honores mihi aperiendum, observantissime petierim.

\* \* \* \* \*

Nulla itaque stimulatus ambitione, sed rerum suarum conditione ita postulante, summos in utroque jure honores sibi conferri a Facultate nostra petiit Prænobilissimus D. Doctor; & impetravit, quod petiit; Superato nempe examine, ut dicitur  
rigo-

rigoroso, & recitatis publice lectionibus cursoriis, talem ubique se præstitit, qualem exoptavimus Candidatum. Non opus est nostro testimonio, sed ipsa munera publica, quæ hætenus sustinuit, & majora ista, ad quæ jam evehctus, nec minus scripta illa publica, quibus orbi erudito jam diu inclaruit, satis idonea eruditionis suæ sunt testimonia. Ut ab aliis discedam, præfens Thema Dissert. inaug. de *Libris s. Matriculis ecclesiasticis earumque forma, seu modo eas conficiendi, deque earum probatione, nec non de contrariis, auctoritatem earum infringentibus*, agens, simulque materiam de *Salariis atque accidentiis Clericorum* pertractans, omnium fere Juris Ecclesiastici capitum selectissimum utilissimumque est. Neminem, qui saltem prima limina judiciorum ecclesiasticorum salutavit, unquam fallere potest, quot dissidia, quot jurgia, quot rixæ, quot denique litigia inter Parochos atque Parochianos super præstationes, tam fixas, quam accidentales, ab his illis præstandas, ibidem quotidie innotescant. Mirum sane, in tanta juris ecclesiastici Scriptorum & integrorum Operum copia, hanc materiam quasi pro derelicta habitam esse, cum a Scriptoribus hujus juris vel plane intacta relicta, vel etiam, supremis saltem, ut ajunt, labiis degustata fuerit. Veneramur quidem in hoc Studiorum genere operam b. CARPZOVII, Practicorum vulgo oraculi; Loquuntur hodiernum merita b. STYPMANNI nostri, qui vel unico isto scripto de *Salariis Clericorum* immortalem sibi famam conciliavit. Et cui potest esse ignotum lumen illud Hallense, cujus systema J. Ecclesiastici, quod in omnium manibus est, summum fere perfectionis gradum attingit.

At, nemo horum hanc materiam practice atque pro merito suo, sed superficialiter saltem, pertractavit. Nec quoque facile aliter fieri potuit, cum in nulla re majorem, quam in hac materia, praxeos differentiam deprehendimus, adeo, ut nulla Regio, nulla Provincia, nullus Circulus, quin imo, nulla Parochia hac in re cum alia conveniat. Quod si itaque, ut in aliis, sic & in hac materia commodum aliquod ex scriptis Ictorum in Rempubl. redundare debet: opus omnino est, ut Doctores

XXIV.

res patrii singularum Provinciarum jura particularia ac observantiam patriam sedulo excolant, & cujusvis materiæ usum specialem in foro ostendant.

Qua cum laude hac opera defunctus sit consultissimus Dn. Doctor, qua porro dexteritate Disputationem ab oppugnationibus adversariorum in Palæstra literaria defenderit, quam oris facundiam, ingenii vim & acumen judicii ubique in responsionibus suis prodiderit, tot testes sunt, quot Auditores in publica ista Pagyri adfuere.

Gratulor itaque mihi de Candidato hoc dignissimo; gratulor & Academiæ nostræ, in quam honor iste redundat, quando bene merentibus honoris præmia conferuntur; gratulor & novo Doctori de novo hoc dignitatis gradu. Faxit supremum Numem, ut hæc omnia cedant in sui sanctissimi nominis gloriam, Academiæ nostræ florem & novi Doctoris commodum perpetuamque felicitatem.

P. P.

SUB SIGILLO FACULTATIS JURIDICÆ

DIE 4 JUNII, ANNO R. MDCCXLVII.




33. Malthasar, pragm. sua Regis seu Romanæ quæ Episcopi.
34. Malthasar, pragm. sua Regis seu Cæsaris Episcopi.
35. Triber, de excussione Sinistrarum, non Sustran Cæsaris seu.
36. Triber, de clausula codicillari.
37. Tresenreuter, de his qui heredes institui prohibentur.
38. Trues, de superstitionis conditoribus et propagatori-  
bus.
39. Trues, logomactia in juris naturalæ doctrina.
40. Trues, de decore gentium circa belli initia.
41. Trues, de auctoritate et fide gentium et republ.  
Hæm Erudit suo Willhar und Neunter.
42. Tribbechovius de commerciis.
43. ——— ——— ——— ———
44. Toler, de jure stipulæ civitatis Francofurtanæ ad Viadrum.
45. Trier, de officio Ordinarii in academiis.
46. Troppanneger, de potestate electorum et principum im-  
perii circa jus nobilitatis subditis suis conferendis.
47. Troppanneger, de dote non promissa præstanda.
48. Troppanneger, de momento temporis.
49. Melis, an fideicommissarius succesor rerum fidei com-  
missariarum dominus sit, propterea que non ex venditi-  
one aut permutatione rei fidei commissæ subjectæ ac-  
quisitam licet fuerit, a possessore inter medio gravato, post-  
modum alienata nihilominus tanquam rem fidei com-  
missæ subjectam, a tertio possessore vindicare possit.

50. Helis, <sup>jure</sup> de separatione in concursu Creditorum et utrum  
hac ius in Salsatia superiori etiam post quinquennium locum  
habeat.
51. Helis, quousque parentibus licitum sit liberis suis hereditatem de-  
trahere et quid ad voluntatem parentum maxime nuncupati-  
nam probandam requiratur?
52. Helis, si quis nomen ipsum sub condit. evictiois accipiat, an  
et qualem actionem habeat accipiens, adnegas eundem periculo exis-  
te: etc.
53. Helis, in quantum et quibus modis uxor pro marito valide se obliga-  
re queat? et quid hac in re cum primis in Salsatia superiori sit  
iuris?
54. Helis, quousque superstes conjux, altera parte defuncta, in hono-  
rum recuperatione defendi, casus ipsi competere queat?
55. Helis, an foris cum tertio contractus beneficium divisionis  
gaudeant?
56. Hoffmann. de origine, progressu et natura juris prudentiae  
criminalis germanicae.
57. Hoffmann, de revocatione testamentorum ex iuris germanici  
principiis explicata.
58. Hoffmann de coemeteriis ex urbibus tollendis, non vbiq. Salsatia  
in Gottelradus nial dau Hütten.
59. Hoffmann. de communiōis bonorum conjugum non nati-  
ra atque principiis.
60. Hoffmann, de iure separandi allodium a fundo
61. Hoffmann, de donationibus propter nuptias.
62. Hoffmann, de jure consuetudinis.
63. Hoffmann, de die ac nocte nuptiali, non vbiq. Salsatia  
in Gottelradus nial dau Hütten.

64, Hoffmann, nuptiarum secundarum tempora . in calypso  
quid non qua madama C<sup>o</sup> P<sup>o</sup>nitau C<sup>o</sup>ma  
65. Hoffmann, observationes quaedam testamentarias.







TIONIBUS PROPTER NUPTIAS.

35

rente lib. 6. de bell. Gall. c. 19. proditum:  
ntas pecunias ab uxoribus dotis nomine acce-  
tis bonis, æstimatione facta, cum dotibus com-  
omnis pecuniæ ratio conjunctim habetur, fru-  
ter eorum vita superarit, ad eum pars utrius-  
uperiorum temporum pervenit. Si hæc testi-  
ta sunt, si nimium exigimus ab ætate, qua  
enta aut latebant, aut negligebantur, mi-  
quod non vel ex sola nativa & domestica  
um jurium, quæ in nuptiis observantur,  
nt, morum illorum rationes non ex san-  
rum, sed patriis consuetudinibus esse pe-  
ebant tot germanica nomina & verba, quæ  
niam pervenisse, aliquem somniare pos-  
debatur. Huc referenda MORGEN-  
ALITIUM, DONARIUM, GE-  
weil aliaque quæ vel ex ipso sono originis  
facile deprehendi potuissent, nisi illo tem-  
i artificio fuisset habitum, Germanorum  
ntiæ romanæ inferre & in ea primam ge-  
faciem perdere. Hæc in præsentī mate-  
nstrari possent, si liberum esset ad specia-  
& in diversam DOTIS GERMANI-  
LONUMQUE CONJUGALIIUM  
mirere. Id vero nostrum jam non pati-  
rspicientibus, quam vastus & difficilis hic  
nem paucis & angustis dissertationis aca-  
bsolvere, non permittitur. Placuit in alla-  
is acquiescere, & de eo tantum, quod  
identia DONATIONEM PRO-  
TIAS appellare solet, paucis dixisse.

F I N I S.

CON.